Fragmentarium

tradictionis: et vexatus est moyses propter
eos quia exacerbaverunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: non disperdiderunt
gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes: et didice-
runt opera eorum: et servierunt sculpti-
libus eorum et factum est illis in scandalum.
Et immolaverunt filios suos: et filias
suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem san-
guinem filiorum suorum et filiarum suarum
quas sacrificaverunt sculptilibus
chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus:
et contaminata est in operibus eorum: et
fornicati sunt in adinventionibus suis.

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 e, 23v – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ea3r/11359/82383)